DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Authentik Hl. Märtyrer Eugenius

Pfarrarchiv Holzgau

17.5.1726-4.8.1735

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7718.A44

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-59952

Visual Library

Authentica de Corpore Sti Eugenii M.

FR. PHILIPPUS VALIGNANI

Ordinis Prædicatorum, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus, & Comes THEATINUS, *Pontificij Solij Aſsiſtens.*

UNiverſis, & ſingulis has Noſtras authenticas literas inſpecturis ſidem facimus indubiam, ac in verbo veritatis teſtamur, qualitèr Nobis fuerunt exhibitæ nonnullæ Sanctorum Reliquiæ, eas ex authenticis locis extractas ac literis authenticis, ſigillo munitas recognovimus ex quibus ſequent*em* vid*et* Sacrum Corpus S. Eugenij Martyris Nomine proprio, cum Vase Sanguinis fictile, et Lumine perpetuo extractum ex Cæmeterio S. Callixti priùs recognitum ab Emo ac Rmo D. Fabritio Card. Paolutio Urbis Vicario, et inserens Reposuimus in Capsula Lignea duorum circiter palmorum cum dimidio oblonga papyro depicto Cooperta, atque vitta Serica rubri coloris colligat*a* noſtroque in cera rubra hyſpanica impreſſo ſigillo pro ill*ius* identitate obſignat*a* repoſit*um* ad majorem DEI gloriam, & Sanctorum venerationem elargiti ſuimus *D. Gregorio Deschler*

ad effectum dict*um* Sacrum Corpus apud ſe retinendi, aliis donandi, & in quacumque Eccleſia, Oratorio, ſeù Cappella publicè Fidelium venerationi exponendi, & collocandi. In quorum fidem has præſentes manu noſtra ſubſcriptas, noſtroque firmatas ſigillo expediri mandavimus. Datum Romæ extra Portam Latinam = hac die 13 = Menſis Maij = Anni 1726

approbatur hoc corpus Sacrum
Jo: d: Kieberlein

Fr. Philippus Archiepus Theatinus

Gratis ubique.

Fran*cus* M. Cantarelli Pro-Secr.

Reverendissimi, & Serenissimi Principis, ac Domini, Domini Alexandri Sigismundi, Episcopi Augustani, Comitis Palatini Rheni, Bavariae, Juliae, Cliviae, et Montium Ducis, ac S. R. I. Principis, Comitis Veldentiae, Sponhemij, Marchiae, et Ravenspergi, Domini in Ravenstein, etc. Joannes Adamus Nieberlein, etc. Vicarius in Spiritualibus Generalis, etc. Praesentium per tenorem recognoscimus, quod exhibita Nobis fuerit una cum Instrumento Authentico Capsula oblonga duorum circiter palmorum cum dimidio papyro depicto cooperta, vittaque serica rubri coloris colligata, bene clausa, et sigillata cum Sacro Corpore S[ti] Eugenij Martyris nomine proprio cum vase sanguinis fictile ac lamina perpetua, quam aperta capsula recognovimus, et non suspectum reperimus, ac proinde Authoritate Ordinarij pro Reverendissimo, et Serenissimo Domino, Domino Alexandro Sigismundo, Episcopo Augustano, Comite Palatino Rheni, etc. ad majorem Omnipotentis Dei, Sanctique Eugenij Martyris honorem, et gloriam nec non fidelium Christi devotionis augmentum Licentiam damus, supranominatum Sacrum Corpus publicae venerationi exponendi. In cujus rei fidem praesentes desuper fieri, a Sigillifero Episcopali subscribi, et sigillo officij vicariatus majore fecimus communiri. Augustae Vindel: die quarta Mensis Augusti, Anno Millesimo septingentesimo trigesimo quinto.

Franc. Guil. Flexed[?]
Sac. Sigillifer
[illegible]

Ego infrascriptus vigore facultatis in retroscripta authentica mihi tributae omniq[ue] alio meliori modo sponte et dono do[n]atq[ue] tribuo Sac. Corpus in eadem content. et descript. multum R. D. Sigismundo Josepho Christoph Sprecker Parocho in Holgau cum omnibus facultatibus in ipsa expressis non solum sed et omni [illegible] In fidem Romae hac die 18. 8bris 1734.

Gregorius Deschler

In Dei Nomine Amen. Cunctis publico recognitionis manus instrumento cunctis ubique pateat [illegible] et sit notum quod Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo trigesimo quarto Ind. duodecima die vero decima octava Octobris, Pontificatus autem SSmi in Christo Patris et D. N. D. Clementis Divina Provid. Papae XII. Anno eius quinto In mei [illegible] D. Gregorius Deschler [illegible] [illegible] mihi [illegible] [illegible] recognovit et recognoscit manum [illegible] et caractheres supra [illegible] subscript[illegible] in calce supra[illegible] Donationis Sac. Reliquiarum ab [illegible] in [illegible] et sicuti in supra Donatione contenta et expressa vera fuisse et esse affirmavit [illegible] et tanquam talia [illegible] recognitionis approbavit et confirmavit non solum [illegible] Super quibus omnibus et singulis praemissis petitum fuit a me Notario publico instrumentum [illegible] manus [illegible] confici et tradidi [illegible] — — —

Ita est Joseph Ang[elus] Sfasciamontes [illegible] Cur. Dni, et Emi et Rmi D. Card. [illegible] Vicarij Notarius [illegible]



Fr. Joannes Antonius Vitali S. Martini in Montibus S. R. E. Presbyter Card. Guadagni SSmi D. N. Papae Vicarius Generalis, Romanaeq[ue] Curiae, eiusque districtus Judex Ordinarius.

Universis. Fidem facimus, atque testamur suprad[ictu]m D. Josephum Angelum Sfasciamontes Curiae, et Tribunalis Nostri Notarium Publicum, Legalem, authenticum, ac fide dignum, talemque qualem se supra fecit, et facit, eiusque Scripturis tam publicis quam privatis semper [illegible] fuisse et ad p[rae]ns magis indubia adhiberi fidem. In quorum fidem [illegible] hac die 18 Octobris 1734 =

Pro D. Joanne Rom[ani]co de Rubeis Not. et Secretario
Joannes de Brunellis de Mand[at]o

[illegible]